



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 133. Quæstiones a Rege Facultati de reformatione Clericorum
propositæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

§. CXXXIII.

Secul. XV.
A.C. 1497.

Quæstiones a Rege Facultati de reformatione Clericorum propositæ.

Carolus VIII. Galliarum Rex, cum in *Argentre*
Regno suo Ecclesiæ ac Clericorum *tom. I p. 335.*
reformationi animum adjiceret, quas *Es 336.*
dam propositiones a Facultate Parisiensi
examinandas, atque decidendas proposuit. Ex his erat prima. I. „ An summus Pontifex singulis decenniis facram Synodum, quæ Ecclesiam universalem repræsentat, convocare teneatur, & quidem in hac ipsa temporis circumstantia, ubi corruptela tam in capite, quam in membris notorie viget. II. Si igitur in casu præfenti necessitas urgeret, cum jamjam ab ultima Synodo decem anni effluerint, utrum Papa rogandus, aut si Concilium convocare negligat, vel protrahat, stimulandus esset, vel an in ejusmodi casibus Principes tam Ecclesiastici, quam Laici nec non ceteri Ecclesiæ Status possint ipsimet convenire, & an iidem, etiamsi a summo Pontifice convocati non essent, nihilominus Synodum efficiant, quæ universalem repræsentat Ecclesiam. III. Utrum tempore urgentis necessitatis, ut præsens est, vel post decennium,

Sæcul. XV. „ nium, postquam aliqua magna & no-
 „ A. C. 1497. „ tabilis pars Christianæ Reipublicæ,
 „ quemadmodum est regnum Franciæ,
 „ vel ipse Rex Christianissimus ipsius vi-
 „ ces gerens, rogaverit, postulaverit,
 „ & adhortatus fuerit summum Pontifi-
 „ cem, ceterasque partes de congre-
 „ gando tali Concilio, ut necessitati Ec-
 „ clesiæ provideatur, ipse vero Ponti-
 „ fex vel aliquæ prædictarum partium
 „ recusarent, negligerent, vel differrent
 „ ejusmodi Concilium congregare, ni-
 „ hilominus illi, qui aderunt, sine aliis
 „ non convenientibus possint præfatam
 „ Synodum celebrare, & necessitati Ec-
 „ clesiæ providere. „

§. CXXXIV.

*Responsum Facultatis Theologiæ ad
quæsitâ Regis.*

*Argente ib.
 Ex 1. regist.
 MS censu-
 rar. facult.
 Paris. fol.
 147.*

Die undecima Januarii hoc anno Fa-
 cultas Theologica Parisiensis hac
 super re deliberata conventum egit,
 eodemque die Regi in hanc sententiam
 responsum transmisit. I. Summus Pon-
 tifex tenetur de decennio in decennium con-
 gregare generale Concilium, universalem Ec-
 clesiam repræsentans, & maxime nunc, cum
 tanta sit deordinatio in Ecclesia tam in ca-
 pitibus, quam in membris, quæ cunctis ne-
 cessaria est. II. Si tempore urgentis necessi-
 tatis.